

## ESERCIZI LEZIONE 20

## 1. Completive rette da verbi impersonali

1. Accidit ut una nocte omnes statuae deicerentur praeter unam. 2. Accedebat ut, cum se vento dedissent, tempestatem ferrent facilius. 3. Sequitur ut doceam omnia subiecta esse naturae. 4. Satis est in virtute ut fortiter vivamus. 5. Ex quo fit, ut laudandus is sit, qui mortem oppetat pro re publica, quod deceat cariorem nobis esse patriam quam nosmet ipsos. 6. Restat ut doceam omnia quae sint in hoc mundo, quibus utantur homines, hominum causa facta esse et parata. 7. Hoc in omnibus item partibus orationis evenit, ut utilitatem ac prope necessitatem suavitas quae-dam et lepos consequatur. 8. Fieri non potest ut, quem video te praetore in Sicilia fuisse et quem ex ipsa ratione intellego locupletem fuisse, eum tu in tua provincia non cognoveris. 9. Ex eo credo quibusdam usu venire, ut abhorreant a Latinis auctoribus, quod inciderint in inculta quaedam et horrida. 10. Sic factum est, ut praceptoris tibi non esset ulla veneratio.

## 2. Completive rette da verbi personali

1. Rogavi ut diceret quid haberet in animo. 2. Mihi imperat ne abscedam. 3. Statuunt ut fallere custodes temptent. 4. Quis Antonio permisit ut partis faceret? 5. Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem. 6. Hortatus es ut scriberem aliquid. 7. Patri persuasi ut aes alienum fili dissolveret. 8. Non impulit me haec omnino ut crederem. 9. Fac modo ut venias. 10. Imago efficit ut videamus. 11. Consecutus est ut me puderet in urbem redire. 12. Romanis primus persuasit navem descendere. 13. Huic Albinus persuadet regnum Numidiae ab senatu petat. 14. Volo, mi frater, fraterno tuo credas. 15. Petit aes sibi dari. 16. Constitutum est, ut non liceat sui comodi causa nocere alteri.

## 3. Altri tipi di completive (rette da verba timendi, dubitandi, impediendi, ecc.)

1. Nunc timeo ne tibi nihil praeter lacrimas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. 2. An verebare<sup>2</sup> ne non putaremus natura te potuisse tam improbum evadere, nisi accessisset etiam disciplina? 3. Si tibi evenerit quod metuis ne accidat, equidem non moleste feram. 4. Meruebat ne nihil esse ei relicum putaretur. 5. Periculum est ne opprimamur. 6. Mater sollicita est ne filium spoliatum omni dignitate consipiciat. 7. Novitas familiae haud obstitit quominus ad consulatus nominaretur. 8. Tot viros impedit formido quo minus pro capite et fortunis alterius causam velint dicere. 9. Si aliquod impedimentum interveniat ne sit omnino matrimonium, donatio valebit. 10. Illis non humana neque divina obstant quin socios et amicos excindant. 11. Nemo dubitabat quin dormus nobis

<sup>2</sup> Verebare è forma contratta di verebaris (p. 152).

eset aa  
Non d  
exempl

## 4. Congiu

1. Fra  
cem ac  
mur. 4  
vocare  
audien  
nem?  
Germ  
Pythag  
Sunt q  
re. 9.  
tur cor  
tuam c  
11. Q  
dignur  
quibus  
massen  
tur et  
16. Q  
rebus g  
omnib  
deos in  
noster  
muner

## 5. Attrazi

1. Via  
Panae  
nasci,  
dixisse  
homin  
5. Der

3 coniunct  
4 videatu  
5 gerundi  
6 compre  
7 videant

esset adiudicata. 12. Non dubitabam quin eas litteras libenter lecturus essem. 13. Non dubium est quin uxorem nolit filius. 14. Neque est obscurum, quin sint exempla sumenda. 15. Neque ambigitur quin Brutus id facturus fuerit.

#### 4. Congiuntivo obliquo, 'caratterizzante', eventuale

1. *Fraus est accipere quod non possis reddere.* 2. *Servi quinque et viginti in crucem acti sunt, quod in campo Martio coniurassent*<sup>3</sup>. 3. *Non est quod multa loquamur.* 4. *Tractatum est etiam in senatu an, quia condidisset imperium, Octavianus vocaretur Romulus: sed sanctius et reverentius visum est nomen Augusti.* 5. *Nonne audiente populo sedens pro aede Castoris dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem?* 6. *At Romae, nondum cognito qui fuisset exitus in Illyrico, et legionum Germanicarum motu audito, trepida civitas incusare Tiberium.* 7. *Sunt qui Pythagoran aiant doctores habuisse Persarum magos ac praecipue Zoroastren.* 8. *Sunt qui unum officium consolantis putent malum illud omnino non esse ostendere.* 9. *Nulla est enim laus ibi esse integrum ubi nemo est qui aut possit aut conetur corrumpere.* 10. *Quid est quod tu alios accuses? quid est quam ob rem putes te tuam culpam non modo derivare in aliquem, sed communicare cum altero posse?* 11. *Quid erat causae cur metueret ne condemnaretur?* 12. *O virum magnum dignumque, qui in re publica nostra natus es!* 13. *Ille servos non putat dignos quibus irascatur.* 14. *Homo inimicus iis qui recitassent, hostis omnibus qui acclamassent, exarsit iracundia ac stomacho.* 15. *Clamor ab utriusque fautoribus oriatur et concursus populi fiebat in curiam, apparebatque regnaturum qui vicisset.* 16. *Quattuor reperio causas cur senectus misera videatur*<sup>4</sup>: *unam quod avocet a rebus gerundis*<sup>5</sup>, *alteram quod corpus faciat infirmius, tertiam quod privet fere omnibus voluptatibus, quartam quod haud procul absit a morte.* 17. *Erant qui deos immortales numine suo redditum meum dicherent comprobasse*<sup>6</sup>. 18. *Suo iure noster ille Ennius 'sanctos' appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur*<sup>7</sup>.

#### 5. Attrazione modale

1. *Videsne me non ea dicere, quae Carneades, sed ea, quae princeps Stoicorum Panaetius dixerit?* 2. *Apud Hypanim fluvium, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant.* 3. *Verborum quidem genera, quae essent faceta, dixisse me puto.* 4. *Sic enim video, unam quandam omnium rerum, quae essent homine eruditio dignae atque eo, qui in re publica vellet excellere, fuisse doctrinam.* 5. *Demosthenem ferunt ei, qui quaesivisset quid primum esset in dicendo, actionem,*

<sup>3</sup> *coniurassent = coniuravissent.*

<sup>4</sup> *videatur è 3<sup>a</sup> pers. s. del cong. presente di *videri* ('sembrare'; p. 212).*

<sup>5</sup> *gerundis è forma arcaizzante di *gerendis*.*

<sup>6</sup> *comprobasse = comprobavisse.*

<sup>7</sup> *videantur è 3<sup>a</sup> pers. pl. del cong. presente di *videri* (p. 212).*

quid secundum, idem et idem tertium respondisse. 6. Negabat ullam vocem inimicorem amicitiae potuisse reperiri quam eius, qui dixisset ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus. 7. Litteras in contione recitasti<sup>8</sup> quas tibi a C. Caesare missas dices. 8. Agrigentinum doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. 9. Q. Fabius Maximus ausus est dicere optimis auspiciis ea geri quae pro rei publicae salute gererentur, quae contra rem publicam ferrentur contra auspicia ferri. 10. Num igitur censemus Themistoclem, cum aetate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare solitum esse?

## 6.

Cum Gisgo ad dissuadendam pacem processisset audireturque a multitudine Cartaginensium inquieta et imbelli, indignatus Hannibal dici ea in tali tempore audirique arreptum Gisgonem manu sua ex superiori loco detrxxit. Quae insueta liberae civitati species cum fremitum populi movisset, perturbatus Hannibal «novem» inquit «annorum a vobis profectus post sextum et tricesimum annum redii. Militares artes, quas me a puero fortuna nunc privata nunc publica docuit, probe videor scire<sup>9</sup>: urbis ac fori iura, leges, mores vos me oportet deceatis». Sic excusata imprudentia de pace multis verbis disseruit quam nec iniqua et necessaria esset. Id omnium maxime difficile erat quod ex navibus per indutias captis nihil praeter ipsas comparebat naves, nec inquisitio erat facilis adversantibus paci qui arguerentur. Placuit naves reddi et homines utique inquire: cetera quae absent aestimanda Scipioni permitti atque ita pecunia luere Carthaginenses. Sunt qui Hannibalem ex acie ad mare pervenisse, inde praeparata nave ad regem Antiochum extemplo profectum tradant, postulantique ante omnia Scipioni ut Hannibal sibi traderetur responsum esse Hannibalem in Africa non esse.

## 7.

Namque egomet, qui sero ac leviter Graecas litteras attigissem, tamen cum pro consule in Ciliciam proficiscens venissem Athenas, compluris<sup>10</sup> tum ibi dies sum proper navigandi difficultatem commoratus; sed, cum cotidie mecum haberem homines doctissimos - eos fere ipsos, qui abs te modo sunt nominati -, cum hoc nescio quo modo apud eos increbruisset, me in causis maioribus<sup>11</sup> sicuti te solere versari, pro se quisque ut poterat de officio et de ratione oratoris disputabat. Horum alii, sicuti iste ipse Mnesarchus, hos, quos nos oratores vocaremus<sup>12</sup>, nihil esse dicebat nisi quosdam

<sup>8</sup> recitasti = recitavisti.

<sup>9</sup> videor scire: 'è evidente che conosco'. Per la costruzione personale di *videor* vedi p. 212.

<sup>10</sup> compluris = complures (acc. pl.).

<sup>11</sup> maioribus va tradotto come un comparativo assoluto.

<sup>12</sup> vocaremus: il congiuntivo del pensiero indiretto (obliquo) è all'imperfetto perché il tempo verbale è rapportato al momento in cui si immagina avvenuto il dialogo. In italiano, però, questo

operarios  
neminem  
quandam  
inter se a  
esse sapie  
sibus abh

## 8.

Haec nob  
veniremu  
nes evoca  
docenti et  
philosophi  
sanabilior  
santis iuu  
unguental  
ferunt; et  
etiam neg  
ergo? non  
colorem q  
quos ego  
audiant, n  
tione vel u  
losophi sch  
aliquam l  
perfruant  
verba, qua

vocaremus e  
dotte senz'al-

<sup>13</sup> omnis (= omni  
lis e paris).

<sup>14</sup> nobis è un pl  
venit è proba  
durre, tuttavia

*lam vocem inimi-  
care oportere, ut si  
a C. Caesare mis-  
is Graecis vaticina-  
que moverentur,  
Maximus ausus est  
tentur, quae contra  
setis Themistoclem,  
solitum esse?*

*que a multitudine  
dici ea in tali tem-  
oco detraxit. Quae  
visset, perturbatus  
ctum et tricesimum  
privata nunc publica  
ne oportet doceatis».  
nec iniqua et neces-  
per indutias captis  
adversantibus paci-  
ri: cetera quae abes-  
arthaginienses. Sunt  
ata nave ad regem  
omnia Scipioni ut  
ca non esse.*

*tamen cum pro con-  
m ibi dies sum prop-  
cum haberem homi-  
, cum hoc nescio quo  
e solere versari, pro se  
Horum alii, sicuti iste  
dicebat nisi quosdam*

*operarios lingua celeri et exercitata; oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem, atque ipsam eloquentiam, quod ex bene dicendi scientia constaret, unam quandam esse virtutem, et qui unam virtutem haberet, omnis<sup>13</sup> habere easque esse inter se aequalis et paris; ita, qui esset eloquens, eum virtutes omnis habere atque esse sapientem. Sed haec erat spinosa quaedam et exilis oratio longeque a nostris sensibus abhorrebat.*

## 8.

*Haec nobis<sup>14</sup> praecipere Attalum memini, cum scholam eius ob sideremus et primi veniremus et novissimi exiremus, ambulan tem quoque illum ad alias disputatio-nes evocarem us, non tantum paratum discentibus sed ob vium. «Idem» inquit «et docent et discent debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere». Qui ad philosophum venit cotidie ali quid secum boni ferat: aut sanior domum redeat aut sanabilior. Redibit autem: ea philosophiae vis est ut non studentis sed etiam conver-santis iuvet. Qui in solem venit<sup>15</sup>, licet non in hoc venerit, colorabitur; qui in unguentaria taberna resederunt et paulo diutius commorati sunt odorem secum loci ferunt; et qui ad philosophum fuerunt traxerint ali quid necesse est quod prodesset etiam neglegentibus. Attende quid dicam: neglegentibus, non repugnantibus. «Quid ergo? non novimus quosdam qui multis apud philosophum annis perse derint et ne colorem quidem duxerint?» Quidni noverim? pertinacissimos quidem et adsiduos, quos ego non discipulos philosophorum sed inquilinos voco. Quidam veniunt ut audiant, non ut discant, sicut in theatrum voluptatis causa ad delectandas aures oratione vel voce vel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem videbis cui philosophi schola deversorum otii sit. Non id agunt ut aliqua illo vitia deponant, ut aliquam legem vitae accipient qua mores suos exigant, sed ut ob lectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen et cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant, sed ut verba, quae tam sine projectu alieno dicant quam sine suo audiunt.*

vocarem us e altre forme analoghe che seguono (*esset, constaret, haberet, esset*) possono essere tratte senz'altro usando il presente indicativo.

**I3** *omnis* (= *omnes*) è acc. pl. lo stesso vale per *omnis* del rigo successivo e per gli altri aggettivi *aequalis* e *paris*.

**I4** *nobis* è un plurale fittizio, da rendere preferibilmente con il singolare.  
**I5** *venit* è probabilmente un indicativo perfetto (cfr. i successivi *resederunt* e *commorati sunt*) da tradurre, tuttavia, con un presente.

*deor* vedi p. 212.

*etto perché il tempo ver-  
In italiano, però, questo*